



1
Nobilissimi ac Generose Domini

Præsent me S. Justus Vandæ graff, dices sum nob. V. significans et impera vota Musicæ allegans; cui dolore absentis me testatus, hac literula et excusationis et affectum breviter expeditio.

Musicam Universam sub manu habeo, quam definio consistere in Modulo, hoc est in voce principalis cantillationis, velut subiecto, quod motu, Minimo, Tempore et mensura absolvitur. Motus est in sonitibus gradatim vel intervallatim procedentibus. In quibus hæc est vis, ut ex natura proportionis, in singulis intervallis consonis ac dissonis, animus sumamus ad quibus patemata moveri et concitari possit: Excepta enim Diapason, consonantia, quæ equisona est, ac solummodo replet; quam nos neglectis gradibus* Octavam, vocamus; Diapente seu Quinta, diapenteseon seu Quarta, nec nos tertium, sextequam ac toni majoris et minoris; cum suis videlicet semitonis, affectus movent naturaliter, et per Imaginam. Quorum intervallorum intimum est a tonmate nona vel decima Toni majoris vel minoris parte, proportionem inæquali. Ex qua semitonum constituntur, aptissima ad molliendum vel incitandum animum. Quæ omnia in genere Harmonico seu duro, quod ^{sumans} voci nos servit; Instrumentis difficulter assequimur) Chromatico, et molli; Diatonico seu naturali; iusto calculo nobem, et expressi: seu majoris Theoreticæ, in numeris radicalibus; seu practice, in Monochordis singulis, vel inis. Minimus est in notulis, quantitate secundum minimum, ac singularium partium durationis distinctis*. Tempus æquale nota semibrevis,

* plurimi enim in musica græca sunt reffectus.)

* Semibrevis, minima, semiminima, fusa et semifusa.

Hug. 37.


brevis, utpote mensura communis, absolvitur. Tempus
 in^{partia}quale a proportione partium temporis equalis constat.
 Et quidem si Tripla est proportio, tres semibreves;
 si sesquialtera, tres minime; quae ~~unae~~ semibreves, usque
 medietatem, continent: si Hemiolia, tres semiminime,
 (nam semitota est sesquialtera) tempus absolvunt.
 Mensura duratio temporis est: quae debet habere eam
 quantitatem, ut singuli notulæ fuisse (octavam mensu-
 ra partem tempore equali durantes) manus positionem ac
 elevationem rite pronunciari possint. Inde sumenda est om-
 nis proportio duratio. Tripla Equivalens durationem
 mensura equali, sed differt tempore ^{motu} partium. Sesquialtera
 duplicat velocitatem mensurae, ac partium. Hemiolia ses-
 quialteram ^{duple} velocitate superat. Hisce omnis animi motus
 perfectissimi absolvitur. ceterae omnes mihi eliminandae
 sunt.† paucula exempla addidi, quibus licet perspicere
 quid, hac methodo in musica praestari possit. sed ad perfici-
 endum opus meum, desidero Commentarium Latinum, Danielis
 Barbari in Vitruvium! ut de novo genera Harmoniae, ad
 iustum calculum ceperam. Italicum a D. Campio individuo
 meo amico habui, nunc libet Latinum exemplar inspicere,
 quod a D. J. avidè expectabo; meamque opellam deinceps
 Generosissime Nobilitati ac Censurae (si liceat) subijciam.

Nobiliss. generositati vestrae
 Servus

Joannes Albertus Bannius

Harlemi. III Idus Sextilij
 MD. LXXVI.

† Harmonia continenda
 vocibus gravibus, naturalibus,
 acutis, et super acutis.
 Symponie, contrapunctus specie-
 bus consonis, ac dissonis con-
 tinuandis, pro verborum tri-
 ginta; semitonio majori,
 et sexta; quibus lenitatem
 dicitur. Semitonio minori,
 et sexta, tono majoris, et
 quinta quibus incitatur
 animus. etc. sic tamen
 ut verborum repetitio non
 avertatur oratorio prole-
 ty, et nulla vocum con-
 sonantiarum dissimilitudo, vel specio-
 rum vocalium improprietas
 impediat, perdatque suav-
 itatem et delectationem.
 Sed de istis rebus differendi
 dabitur occasio.



Nobilissimo ac gendroso

Domino

D. Constantino Hugens

Domino in Zulicom

Excellmi Principis Orangio

Consiliiario & Secretario

Haga-Comitis

